



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 128. Fleuit amarè. v. 61.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

§. 126. Priusquam gallus cantet, ter me negabis. v. 61.

Iam ostendi, non gallum, vel eius cantum conuersioni S. Petri fuisse principium; fuit tamen etiam galli cantus conuersionis eiusdem aliquod instrumentum à gratia applicatum. Et habuit instrumento isti, licet tam parum agenti, magnum honorem Petrus, quia instituit, ut in cippis & sacris turribus ædium idea galli collocaretur apud Christianos, qui tantum honorem habuit gallo, quantum gratitudinis habuerit & gratia Dei! Certe hinc æstimo verbum Petri: Tu scis Domine quia amo te. Alte hoc ex isto inteligo facto.

O Deus, da obsecro mihi donum gratitudinis, ut semper maximi faciam tuam gratiam.

§. 127. Et egressus foras. v. 61.

Quia in aula peccauerat Petrus, per consortium malorum, merito ex ea egredens est foras, oculis misericordia Christi eum euocantibus, ut extra eam ageret pœnitentiam. Non bene pœnitentiam agit porator interpocula; scortator in lecho, auarus in telonio, & qui quis peccator in occasione & illecebra sui lapsus.

O Peccatores exite, extra occasiones & illecebras mali, si vultis serio esse pœnitentes: si proximæ peccati occasions non viteatur, peccatum amari censem Theologi, non dimitti.

§. 128. Fleuit amare. v. 61.

Vt primum gratia Dei concurrens loculum conscientiæ Petri tetigit: & haec lachrymæ, siue extimore pœnæ, siue ex amore profluere cœperunt per Redemptoris fidem & spem; dies cœpit aboriri in anima Petri; fuerunt illæ lacrymæ pluia omnium dignissima; fuit ille ros nocturnus, inter rotæ omnes pulcherimus; inter guttas noctium amantissima dignaque, quam omnium capita impletantur, vt est in cantico. Quam grata haec Domino fuerint lacrymæ etiam ex eo constat, quod resurrectionis suæ nuntium specialiter Petro voluerit nuntiari. Nec semel Petrus has fudit lacrymas, sed ut testatur S. Clemens tota eas vita fouit, & ad galli cantum resuscitauit.

O Jesu Benignissime, quam felices sunt illi, quos ita respiciunt oculi tuí, quos sic micantibus illustras radijs diuinæ lucis tuæ, ut & fundum suum perispicere, & virtus sua agnoscere queant! quam ciro illi convertuntur! quam celeriter frigida illa corda calescunt & emolliuntur, amore liquef-

N 3

cunt

cunt & fluunt: quæque antea à peccatis abstinere non poterant, iam corde conuerso clamant. *Domine quid me vis facere?* certè amatum non fuit fletu Petrum amarè, quia videtur fleuisse amore.

§. 129. *Et vires qui tenebant illum.* v. 62.

Cur Christus Dominus solum respiciendo succurserit Petru, indicatur causa, quod tunc à viris tenebatur, quando se miraculo liberum facte detrectabat. Quid sit viros tenuisse IESVM facile capit, qui virum pro robusto, in sacrissimis litteris accipi nouit. Fortissimi igitur & audacissimi exhibiti sunt, & hi barbaris manibus eum barbare tenebant, ne, si atte miraculoue euaderet, illudcerentur ipsi.

O Jesu fili Dei benedicti, ô Saluator piissime & quis tibi non compatitur? quis tam ferreus, tamque ab humanitate alienus ut non compungatur, quod modo tenebris vinculus ab eis, quos creasti, quos conseruas, quos æternis damnum potes supplicijs: ego te in illis vinculis adoro & glorifico, Deus meus; Dominus meus.

§. 130. *Illudebant ei, cadentes.* v. 63.

Soluto consilio noctis & indicato reditu in summum mane, ut aliquis iudicij repetiti species seruari videretur, aliquam quietis partem sibi datus sunt; at Domino nihil indulsum quietis, sed reliqua nocte à ministris eius custodiat commissis direx vexatus est, nec erubuerunt. Evangelista liqua saltē ludibriorum genera recensere qua Dominus volens sua nocte nostri causa passus est, nosque eo magis illi obstrictos tenent, qui sunt indigniora & acerbiora. Expulerunt enim in faciem, quod erat genus tumultus grauissimum, & pro numero ministrorum magna fuerit oportet vis & fœditas sputorum, quibus diuina facies planè opera fuit. Colaphis ceciderunt idest manu & pugno, caput, collum, dorsum aliasque partes pullarunt; addebatur plaga super plagam, litora super liuorem, & qualitas super qualitationem, donec corpus illud speciosum præ filij hominum totum deformaretur, velauerunt oculos ut liberius eum cederent cum iritione; alapas dederunt manu aperta seu palmas in faciem eius. Hæc & talia plura infanda scurriliter in eo scurrax fecerunt.

Ego Te Christe veneror ac supplex adoro & acclamo, ô bone IESU, haec ludibria tormenta sint animæ meæ ornamenti, ac munimentum, supplico tuis gloriæ opprobrijs, tuis innitat meritis, ex hac nocturna

verba